



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Tertvllianvs. Cap. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

DE PRINCIPALITATE  
CONFIRMATIO A DECEM  
persecutionibus aduersus Ecclesiam Romanam in quibus  
XXXI. Pontifices sanguine & Martyrio per  
successionem locupletissimum Testimonium præbue  
runt eandem esse principalem.

**C**um Dominus noster Iesus Christus Ioan. 15. dicat,  
persequentur uos seruos si me Dominum persecuti  
sunt, & Paul. 2. Ad Thim. 3. cap. Persequentur om  
nes, qui piè in Christo uiuere uolunt. Ea erit uera fidei pro  
batio, quæ truculentissimis persecutionibus firma & im  
mobilis fuit. Quæ autem Ecclesia maiores persecutiones  
passa fuerit, quam Romana haud dici poterit. Nam cum  
Romani Imperatores fermè totius orbis tum habenas tene  
rèt, libitumq; fuisset ipsis Christianos persequi facile conij  
cere potes in Romanos tum præcipuè Tyrannidem eos  
exercuisse & sæuissè.

Illud autem in confesso est Neronem crudelissimum &  
immanissimum Imperatorem primam persecutionem in  
Christianos exercuisse. Vnde Tertullianus in Apologeti  
co aduersus Romanos, Christianos defendens inquit,

TERTULLIANVS. Cap. V.

**C**onsulite commentarios uestros illic reperietis pri  
mum Neronem in hanc sectam tum maximæ Romæ  
orientem

## ROMANAE ECCLESIAE.

orientem. Caesariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriemur, qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi aliquid bonum grande damnatum à Nerone.

### ET IDEM TERTULLIANVS

Cap. XLV. *Quantum incommodi Respublica  
patiatur ex morte innocentium Chri-  
stianorum inquit.*

**E**tenim illud detrimentum Reipub. tam grande quam uerum nemo circumspicit. Nam iniuriam Ciuitatis nullus expendit, cum tot iusti impendimur, cum tot innocentes erogamur. Vestros enim contestamur actus, qui quotidie indicandis custodijs praesidetis.

Nam superius Petrum & Paulum cruce & gladio à Nerone occisos diximus.

Linus à Saturnino Consule, cuius filiam Dæmonibus liberauerat, capitali affectus supplicio.

Cletus sub Domitiano Martyrio coronatus.

Clemens à Satellitibus Traiani in mare proiectus.

Anacletus sub Traiano Principe supplicio peremptus.

E iij Euaristus